D. THOMÆ
SUMMA

I.

BX1749
T6
v.1
1765-66

008040

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080015892

D. THOMÆ AQUINATIS, DOCTORIS ANGELICI, OPERA.

TOMUS PRIMUS.

U. 230 B.

D. THOMÆ AQUINATIS,
DOCTORIS ANGELICI,
ORDINIS PRÆDICATORUM,
OPERA,

JUXTA EDITIONEM VENETAM MDCCLV.

AD PLURIMA EXEMPLA COMPARATAM.

Editio prima Matritenſis à quam pluribus mendis repurgata.

ACCEDUNT

F. JOANN. FRANC. BERNARD. MARIÆ DE RUBEIS

IN SINGULA OPERA ADMONITIONES PRÆVIÆ.

TOMUS PRIMUS

complectens Summæ Theologicæ PRIMAM PARTEM.

REFUGIO FLORES GARCIA
UNIVERSIDAD DE ... LEON
Biblioteca Valverde y Téllez
Capilla Alfonsina Biblioteca Universitaria

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: MDCCLXV.

Ex Typographia Viduæ ELISÆI SANCHEZ.

FONDO ... VALVERDE
44721

BX1749
T6
v.1
1765-66

CAPILLA ALFONSINA

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ
44721

FR. JOANN. FRANC. BERNARDI MARIÆ
DE RUBEIS,
ORDINIS PRÆDICATORUM,
ADMONITIO PRÆVIA

De Summa Theologica, genuino certiſsimoque Sancti Thomæ Aquinatis Opere, adverſus Joannem Launojum, & Petrum de Alva, & Aſtorga: deque Supplemento Tertiæ Partis: ac etiam tempore, quo idem Opus elucubravit Aquinas: ejuſque verſione Græca, Armenica, aliiſque.

CAPUT PRIMUM.

Imperita Joannis Launoji cenſura. Natalis Alexandri, & Jacobi Echardi apologetica ſcripta. Aquinati Summam Theologiæ adjudicant Ptolomæus de Luca, & Bartholomæus Logotheta, Protonotarius Regni Siciliæ.

I PRæſtantiſsimum *Thelogicæ Summæ* Opus, quod Angelico Præceptori maximam apud omnes Chriſtiani orbis Academias, omneſque Sacræ Theologiæ addictos Viros, auctoritatem conciliavit, velut, dubium fœtum (quis crederet?) habuerunt nonnulli, plagioque manifeſto ex parte defloratum ex aliorum lucubrationibus putarunt alii. Joannes Launojus, Sacræ Facultatis Pariſienſis Magiſter, Socius Navarricus, Opuſculum *Pariſiis* edidit *anno* 1675. inſcriptum, *Veneranda Romanæ Eccleſiæ circa Simoniam traditio*, apud Viduam Edmundi Martini in 8. ubi cap. LVII. in obſervatione octava ſententiam, ac verba Divi Thomæ allegaturus: *Beatus Thomas*, inquit, *vel alius qui ſub illius nomine.* Tum mentem ſuam, criticumque judicium prodit: *Porro autem*, inquiens, *dixi* (*Beatus Thomas, vel alius quis ſub ejus nomine:*) *quia ut id dicerem, effecit Clemens Papa VI. in Sermone, quem de Beato Thoma recens numero Cælitum adſcripto habuit.* Petrus Rogerius, (Poſtea Clemens VI. electus Avenione die 7. Maji anni 1342. codemque anno redimitus corona in ædibus ſacris Fratrum Prædicatorum Avenionenſium die 19. ejuſdem Maii) in ipſa ſolemni Sacræ apotheoſis die ſermonem habuit de laudibus Beati Thomæ, coram Joanne XXI. dicto XXII. anno 1323. menſe Julio. Incipit hic Sermo, *Vir Dei es tu, &c.* quo & nos hactenus uſi ſumus, genuina Aquinatis Opera recenſentes, ac vindicantes in Superioribus Diſſertationibus.

Eo in Sermone *Summam Theologicam Tripartitam* à Rogerio prætermiſſam exiſtimavit Launojus: indeque argumenta promit, quæ ſequuntur, ut Opus illud in dubium revocet. 1. „ Quomodo, inquit, opus tam grande, ſi Beati Thomæ fœ-„ tus eſt, fugere potuit Clementis diligentiam, qui ſibi ſumpſit. Doctorem Sanc-

„ tum

003040